



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

11. Bartholomæaus, Philippus, Mathias, quid per sanitatum virtutem effecerint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Iudea prouinciae obtigerunt, aduersarium maximè habuit Hermogenem magum, qui Philetum discipulum suum ad eum confutandum misit, comitantibus eum Pharisæis. Sed legatus iste ita à Iacobo confutatus est, ut ad Hermogenem rediens, hæc magnâ claraque voce, vinctus à veritate, dixerit: *Iacobum, Hermogenes, eum, qui se IESU CHRISTI & seruum & Apostolum esse pel. 25. Iulij.* Zachar. Lip- confirmat seruo abs te rinti superariq; non posse. Nam & cacoemo- nus, eius appellato nomine, ex hominum corporibus ejici ac expelli; & cœco pristinum oculorum aspectum restitu; & eos, qui elephantia in- fideliter purgari vidimus, &c. Hæc & plura Philetus Hermo- geni retulit, à quo magicis artibus ita fixus est, ut penitus se loco mouere non posset. Quod vbi per puerum Iacobo significavit, Apostolus facilius certior, ei pueru sudarium suum ad Philetum perfe- rendam dedit, ut eo accepto hoc dicere: *Dominus IESU CHRISTUS erigit eis os compeditosq; soluit &c.* Philetus sudario accepto, cùm verba illa pronuntiasset, statim demonum fraudes, quibus vincere tenebatur, soluta sunt. Quin & ipse paulò post Hermogenes à Dæmonum servitute ad servitutem Christi transiit, in se & discipulis suis vim bacilli S. Iacobi, contra Tartarum expertus. Ob hanc Her- mogenis conuersionem Iudei Iacobo infensi mortem procura- runt, ad quam ipsam tendens non desit miraculosa sanitate, Christo animas lucrari. Cùm enim Herodius jussu, ad locum in quo eum feriri eporteret, duceretur, paralyticum in via vidisse dicitur orantem ut securaret. *Quod cùns ipse Christi nomine fecisset.* Iosias scriba, qui fanem eius ceruicibus iniecerat, eo extracto se ad illius pedes misit, magnis obtestans precibus, ut & sibi ignosceres, & se lana- cro expiareret. *Quod lacrum meliore modo impetravit;* nam sanguine suo ablatus, cum ipso Apostolo eodem martyrio positus est.

Expulerat S. Bartholomæus, cum imperio, malum spiri- XI
tum ex quodam homine, in quo illum præsentia sua, mirum in Zachar. Lip-
modum cruciarat. Fuit hoc continuo ad aureu Polimi regis perlatum; hel. 35. Augu-
qui mox filiam suam demoni miserè obsessam ad eum misit, ro- sti.
gans, ut quemadmodum Eustium (hoc enim viro illi recens curato
nomen erat) ab eo morbi genere liberasset ita & filia, quam chris-
tum haberet, subueniret. Itaque virgo, regis filia, catenis vincita, ut

430 Cap. XXXVII. Vigesima morb, causa Sanctorum firmata authoritas.

in Apostoli conspectum adducta est: iusit eam vinculis solui. Pernegarunt ministri, se facturos, quod nemo ad eam accedere, nemo eam attingere auderet. Quos Apostolus primum oburgans, monet deinde, ut miseram soluant, ac postera luce ad se introducant. Ibi tandem dilecti audientes ad virginem accedunt; soluantur: quo facto, demon ita expulsus, electusque est, ut numquam deinde eam agitanterit. Rex ne tanto accepto beneficio ingrati animis sceleri obnoxius videretur, confestim camelos auro, argento, gemmis, vestibusque onustos ad Apostolum muneric loco misit; quem Apostolus constanter reiecit, ac denuo ad regiam referri curauit. In sequenti vero luce regno ipsum adiit, & solus cum solo de humani generis redemptione per Christi in terras aduentum facta luculententer differuit: Inde cuncta ferè Euangeliū ac fiducia nostra mysteria ei exposuit, & regem Polium unā cum uxore & duobus liberis, & ingentem denique populi multitudinem aqua salutis expianit. Quod Astyages regis frater, pontifex operā ut intellexit, missa continuò militum manu, Apostolum ad se vinculum adduci praecepit, adductum fustibus cadi, & excoriari prius, deinde securi feriri. Philippo Apostolo Asia obtigit. Quam quidem tanta virtute peragrauit, ut innumerabilem hominum multitudinem Euangeliō genuerit, ac salutaribus aquis expiatos, regni caelestis consortes efficerit. Et quidem cum mentes in scelere penitus obduratas, nulla verborum virtute emollire posset, facta admiranda adhibebat, prorsus ut omnia morborum genera, solo verbo, vel sacra manus sua contactu fugaret, demonisque ex obsessis corporibus, non sine ingenti astantium stupore expelleret. His rebus fidei pietatisque fundamenta egregie collocabat, & aduersarios linore & inuidia inflammatos confundebat; adeò, ut vel iniusti diuina virtutis testimonium Philippo præbere cogerentur. Idem Author tradit similia de Mathia. Nam cum in partitione Proninciarum, Iudea ei nutu diuine obtigisset, multos partim doctrina, partim vita quam integerrimam agebat, partim miris inusitatissimis operibus, que in profugandis agrotorum morbis edebat, ad Christianam religionem fidemque traduxit. Quod fecerunt ceteri Apostoli omnes.

Dedit autem hanc potestatem Christus non tantum Apostolis, ut est apud Matthæum & Marcum, sed etiam septuaginta duobus discipulis, ut testatur Lucas, quo teste, reverfiantur septuaginta duo cum gaudio, dicentes Domine, etiam damnatio subiiciuntur nobis

Idem Zachar,
Lippel. 1.
Maij.

Idem. 24, Fe-
bruarij.

XII.
Matth. 10. 1.
Marc. 3. 15.
Luc. 30. 17.